

De Sancto

Luca

Terciu est cuiusdā cecī illuminatio. sicut in legenda habet. **T**ercio describit seu cōmendat q̄tū ad peccati vitatōem. cū dicit. **E**t non tanger illos tormentū malicie. Malicia post suā puerfionē ipsum nō tēgigit sed sp̄ se puritate seruauit qd̄ triplici exemplo ostendit. **P**rimo qz se a mūmis impuritatibz emūdauit. vnde dicit in eccl̄. elestat. liberat. **E**tē accedentes ad dñū sacrificiū mūdari puenit etiā ab vltimis animi fantasijs. **S**cōdo qz se ad puritatē sepe inducebat. vñ dicit in lib. de diu. no. Sanctitas vt scdm nos dicatur est ab oī immūdia libera et pfecta et omnino imaculata mūdicia. Sicut em̄ dicit **M**atth. vi. **E**x abūdantia cordis os loquit. **T**ercio qz ipalia prēnebat. vbi supra dicit. Si illi quos dicis sanctos diligūt ea que sunt sup̄ terrā inherentes materie corruptibili ab omni dño amore ceciderūt et non noui. **Q**uō sancti vocē. **Q**uarto describit q̄tū ad suā passionē cum dicit. **V**isi sunt oculis insipientiū mori. Bene dicit. visi sunt insipientibz. qz in veritate corā ipsis sapientibz nō sunt mortui s; viui. **Q**uō p̄t qz sancto regulo ep̄o arelati missam celebranti tāqz tres colūbe apparuerūt. bñtes in suis pectoribz litteris sanguineis noīa ipsoz scripta. **I**deo aut apparuerūt in specie colūbe sanguine tincte. ad innuēdū qd̄ iuerūt ad celū p̄ gemitū pñie. p simplicitatē innocentie. et p sanguinem passionis proprie. **Q**uinto describit q̄tū ad suā gloriatiōē cū dicit. **I**lli aut sunt in pace. De qua pace dicit **I**sa. xxxij. **S**edebat p̄ls meus in pulcritudine pacis in tabernaculis fiducie. in requie opulenta. **C**or nāqz par ē pulcra secura et opulenta. **T**ūc enī est pulcra qñ fit hostibz supatis. **I**sa. ix. **I**ugū ei oneris eius et virgā humeris eius et sceptrū eractoris eius supasti. **T**ūc ē par secura qñ fit hostibz exterminatis. **I**sa. rrv. **P**recipitabit mortē i sempiternū. **L**evi. rrv. **D**abo pacē in finibz vestris. **T**ūc est opu-

lenta qñ fit hostibz expoliatis. **T**ūc em̄ expoliabuntur egyptij dirabuntur hebrei **E**xo. xij. **E**xpoliauerūt egyptios.

De sancto Luca. Sermo. j.

Salutat vos lucas medicus carissim? **C**ol. iij. **A**d honorem saluantis psequam̄ istud verbum salutatiōis vbi beatus Lucas a quatuor p̄mendat. **P**rimo a nostre salutis pcuratiōe cum dicit. **S**alutat vos. i. salutem eternam exoptat. **Q**uā siquidē salutem dupliciter pcurauit. **P**rimo vbo euangelice p̄scriptiōis. **U**nde potest sibi puenire qd̄ legit **E**ccl̄. xxxvij. **S**apientia scribe in tpe vacuitatis. **I**n humano siquidē genere triplex erit vacuitas. **D**e qua dicit **G**en. j. **T**erra autē erat inanis et vacua. **V**acua quidē erat affectiua dei dilectio. vnde dicit inanis. opatiua merito. actiōe ideo dicit et vacua. et intellectiua dei cognitiōe ideo dicit. **E**t tenebre erāt sup̄ faciem abyssi. **C**ontra istā triplicē vacuitatem lucas triplicem scripsit sapientia. scz euangelicā vt illuminaret intellectiua ad dei cognitiōē. **I**sa. xi. **R**epleta est terra scientia dñi. **A**postolicā. i. actus aploz vt animaret opatiua ad meritoriā actiōē. **I**n ipsis nāqz actibz ostēdit qualiter apli fuerūt fortes ad opandū et ad quodlibet aduersum sustinendū. **I**aco. v. **E**xemplū accipite fr̄es lōgamimitatis laboris et patientiē. **E**pistolārē. i. epistolā ad hebre. **N**am sicut dicit in plogo super epistolā ad hebre. **I**llam scriptā lingua hebraica apostolus misit cuius sensum et ordinem retinens Lucas post mortē apli eā greco sermone p̄posuit. **I**n illa autē ep̄la intendit apls iudeos a legalibz obseruarijs auertere. et ad legem caritatis et amorem chrii ipsos inflāmare. **S**ecundo nostrā salutem pcurauit exēplo salutare informatiōis. **T**ria nāqz būit p̄ que nobis fuit in

exemplum. Innocentiam veram. **Ihero.** Seruens deo fuit sine crimine. Penitentiam durā. unde dicitur. Crucis mortificationem in suo pectore p tui nois amore portauit. et finalem pseuerantiam **Ihero.** Lxxiiiij. annos obiit in bethania plenus spiritu sancto. Ecce quod sancte incepit. quod ob innocentiam. quod laboriose persecutus fuit. quia cum penitentia dura. quod feliciter consummavit. quod cum spiritu sancti abundantia. **Habemus** ergo in eo exemplum innocentie quod cum ad vitam inchoandam. penitentie quod cum ad vitam perseuandam. et perseuerantie quod cum ad vitam consummandam. **Secundo** commendatur a multiplici illuminari one cum dicitur Lucas qui a luce dicitur. **Est** enim quadruplex lux que ipsum illuminauit. **Prima** est lux spiritualis que est diuina sapientia que ipsum illuminauit ab interiori. **Sap. viij.** Proposui pro luce habere illam. **Eccles. xv.** Impleuit eum dominus spiritu sapientie et intellectus. **Ambr.** Lucas omnes sapientie virtutes sua hyssora prehendit. Docuit quippe naturalia dum originem dei filium ostendit et in eius aduentu celorum virtutes moueri precepit. in cuius passione tenebre facte sunt. Docuit etiam moralia. ut inimicum diligere. reuerentem non repercutere. mutuum gratis dare. Docuit rationalia. dum qui fidelis est in minimo. et in maiori esse ostendit. **Secunda** est lux moralis que est conuersatio lucida que ipsum illuminauit ab exteriori. **Matth. v.** Sic luceat lux vestra coram hominibus etc. **ij. ad Corinthi. iij.** **Mimus** fratrem nostrum id est lucam per glossam. cuius laus est in euangelio per omnes ecclesias. **Mimus** inquit fratrem nostrum. id est speciali familiaritate coniunctum. cuius laus non est in mundo sed in euangelio. per omnes ecclesias non per synagogas. **Ostenditur** igitur quod Lucas fuit celeberrime fame. **Tum** quod familiaritate apostolica decoratus. **Tum** quod apud

omnes fideles acceptus. **Tercia** est lux intellectualis que est virginalis mundicia que ipsum illuminauit ab inferiori. **Sapientie. iij.** **Quod** pulchra est casta generatio cum claritate. que per tanto dicitur intellectualis. quia hoc est angelicum non humanum. **Lucas** autem teste **Iheronimo** virginitatem perpetuam custodiuit. **Cuius** virginitas quatuor conditiones laudabiles habuit. **Fuit** namque integra in carne. sed in mente. **Iheronimus.** Sine crimine in virginitate permanens domino maluit deservire. **Fuit** laboriosissime acquisita. **Unde** dicitur in oratione. Sancte crucis mortificationem etc. **Fuit** longanimiter conseruata. **Iheronimus.** Neque propter unum quod habens neque filios octuaginta quatuor annos obiit in bethania. **Fuit** oleo spiritus sancti enuctra. **Iheronimus.** Obiit plenus spiritu sancto. **Istud** oleum fatuevirgines non habuerunt. ideo defecerunt. **Quarta** est lux celestis que est spiritus sancti influentia. que ipsum illuminauit a superiori. **De** qua dicitur **Actuum nono.** Circumfulsit eum lux de celo. **Istam** lucem habuit beatus Lucas qui teste **Iheronimo** sancto infligante spiritu euangelium suum scripsit. **De** ista luce dicitur in **psalmo.** Signatum est super nos lumen vultus tui domine. **Spiritus** enim sanctus et animam illuminauit. ideo dicitur lumen. et animam sigillat. ideo dicitur Signatum est. et animam deo assimilatur. ideo dicitur. vultus tui domine. et animam letificat. ideo dicitur. **Dedisti** leticiam in corde meo. **Sic** et beatus Lucas euangelistam illuminauit per celestem sapientiam. **Sigillauit** per integritatem perfectam. **Assimilauit** per caritatem accensam. **Et** letificauit per iocunditatem internam. **Tercio** commendatur a spirituali curatione cum dicitur. **Medicus.** Quia enim erant quatuor infirmitates. **Ideo** in suo euangelio posuit quatuor medicinas dicens **Luce sexto cap.**

Beati pauperes qm̄ vestr̄ est regnum cel-
lor̄. Est enim primus modus curandi p
minutionē. iusto modo curat infirmitas
auaricie. Istum modum tangit cuꝝ dicit.
Beati pauperes etc. In minutione autem
sanguinis putridi ex toto est abijciend⁹.
supfluous diminuendus necessarius reti-
nendus Sanguis putridus sunt diuitie
iniuste acquisite que sunt ex toto abijciē-
te. **Luce. xix.** Si quid aliquem defrauda-
ui reddo quadruplū. Sanguis supflus
sunt diuitie ex superfluitate possesse. Iste
sunt diuitie diminuende et paupib⁹ ero-
gande. **Ibidem.** Ecce dimidium bonorū
meorū do paupib⁹ Sanguis necessarius
sunt diuitie ad necessitatē referre. **i. Lbi.**
vi. Habentes alimenta et quib⁹ regamur
his p̄nti sumus. Secundus modus cu-
randi est p̄ diete obseruationē p̄ quam sa-
nat infirmitas gule qd̄ notat cum dicit
Beati qui nūc esuritis etc. Eccl. xxvij. ca.
Qui abstinent est adijciat vitā. Luc. xxi.
Attendite ne grauent corda vestra in cra-
pula et ebrietate. Tercius modus curandi
est p̄ sudorē quo sanat infirmitas inepte-
lericie. qd̄ notat cuꝝ dicit. Beati qui nūc
fletis. Sudat enim oculus p̄ lacrimarū
cor p̄ dolorem. **Eccl. xxvij.** Pungēs ocu-
lum deducit lacrimas et qui pūget cor p̄-
fert sensum. i. sensibilem dolorem. Quar-
tus modus est p̄ amare vitionis sumpti-
onem p̄ quam sanat infirmitas luxurie.
et istum modum tangit cum dicit **Eccl.**
xl. Valicia vnius hore obliuionem fecit
luxurie magne. Istas quatuor medicinas
medicu christus assumpsit in se. Quibus
dam enī in manib⁹ et pedib⁹ minutionem
fecit. xl. dieb⁹ et noctib⁹ dietam seruauit et
sudorem sanguineū sudauit. fel et acerum
ad bibendum sumpsit. Quatro p̄mēda
a laudabili p̄uersatione. cum dicit. carissim⁹
Ipse enim fuit carus regi. tum qz sunt ei⁹
discipul⁹ us scdm̄ quosdam vnus de. lrrq̄
tum qz fuit eius notarius euangelii scri-

bendo Fuit carior sponse regis. tum quia
eius secretarius. Secreta enī panimpha-
lia que angelus et sola virgo sciebant so-
lus Lucas disceruit. Tum qz eius pictor
egregius qz scdm̄ Damas. imaginē eius
depinxit que rome habet. tum qz eius hi-
storographus describens historiam eius
annūciatōis. p̄ceptionis et natiuitatis.
Fuit carissim⁹ principi regis. i. paulo. tūz
qz eius adiutor deuotus qz scdm̄ Ihero.
ipsum vsqz ad p̄summatōnē secutus est
tum qz eius comes indiuiduus. **ij. Cor.**
vij. ca. Ordinatus ē ab ecclesijs comes
p̄grinatōis nostre. hoc scdm̄ glo. de b̄d
Luca accipit.

De eodem Sermo. ij.
Lucas est mecu solus etc. **ij. Lbi**
mo. iij. Lucas interpretat̄ eleuans
vel p̄surgens. In p̄missis autē
verbis d̄ beato Luca tria ostendunt. **Pi**
mo qz habuit mentis eleuatōnē. quo ad
deum. cum dicitur eleuans. Ipse enim a
terra se totaliter eleuauit. et in deum p̄na
p̄emplatōis volauit. Sex namqz in se
habuit p̄ que ipse sic a terrenis eleuauit.
et sic alte volauit. **P̄mo** per corpis at-
tenuationem. Unde dicit in sermone qui p̄
ecclesijs legit. Martyrū suo corpi assu-
duis lamentatōnibus crebrisqz vigilijs
membra sua macerās ipse indixit. Scdo
plumare. i. virtutū varietatem. vñ dicit
vbi supra. Lucas inter angelorū et aposto-
lorū choros atqz cadentium virginū lilia
et immarcessibiles rosas martyrum flores
choruscat. Dicit nāqz choruscare inter an-
gelos et virgines quia virgo extitit inter
martyres. qz afflictōnem corpis sibi indi-
xit inter apostolos qz euangelista et nūci⁹
dei fuit. Tercio p̄ alaz magnitudinē que
sunt oratio et elemosina. Supponēdo autē
opinionem beati Gregorij qz fuit socius
cleophe. ipse deuotam oratōnem fecit qm̄
dixit. Mane nobiscum domine quoniam
aduespascit. Et elemosinam impedit qm̄

ipsum ad conspiciendum invitavit. Quarto p
venti spūs sancti impulsione. Unde dicit de
ipso et alijs sanctis aialibus Ezech. i. vbi
erat imperus spūs illuc gradiebant. Qui
to p esce preparatione. Aus enim que ad
destinatā escam pergit citius volat. Juxta
illud Job. ix. Sicut aquila volans ad es
cam. Esca ad quā lucas festinabat fuit d
us ad quem p ardentia desideria currebat
Unde dixerunt ipse et cleophas Luce vi.
nimo. Nonne cor nostrū ardens erat in no
bis. Secundo habuit peccati immunita
tem quo ad se que notat in illa interpreta
tione qua dicitur surgens. qz ab omni pecca
to surgeret. Peccatū namqz ppter suā pon
derositatem surgere non pmitit. Cuius pon
derositas monstrat. Tum qz ad aliud tra
bit. Grego. Peccatum qd per pñiam nō
diluit. mox suo pondere ad aliud trahit.
Tum qz peccatum in infernum demergit
Ero. xv. Submersi sunt quasi plumbū
in aquis vehementibus. Tum qz deum fati
gat et premat. Isa. i. Laboravi sustinens.
Pater eius ponderositas etiā ex eo. qz cū
deus habeat immensam fortitudinē Job
ix. Si fortitudo querit robustissimus est.
celum firmissimā soliditatem Job. xxiij.
Tu forsitan cū illo fabricatus es celos q
solidissimi quasi ere fusi sunt. Terra perpe
tuam stabilitatē Eccle. i. Terra autem in
eternum stat. et tamen peccatū adeo ponde
rosū est qd nec deus ipsum portare potu
it cum tota sua fortitudine. Isa. xxiij.
Vos estis mihi onus pñiam vrs. nec ce
lum cum sua soliditate. Lu. x. Videbā sa
than quasi fulgur de celo cadentem. Nec
terra cum tota stabilitate etc. Pume. xvj.
Dirupta est terra sub pedibus eoz. et ape
riens os deuorauit eos. Tercio habuit
magnam caritatem q̄tum ad primū. qd
notat cum dicit. Est mecum solus. Magna
caritas. qz ceteris apostolis deserentibus
ipse solus nos non deseruit. sed nobiscū
quadrupliciter remansit. scz per desideria

sua. p verba sua. per exempla sua et p adiu
toria sua. Ipse em̄ dū viueret quatuor ha
buit preconiā. Fuit nāqz carissimus et fu
it medicus. Colo. iij. Salutat vos lucas
medicus carissimus. Fuit fama et opinio
ne preclarus. ij. Cor. viij. Misimus fra
trem nostrū scz lucam fm glo. cuius laus ē
in euangelio per oēs ecclesias. Fuit et fid
lis socius. Eiusdē. xij. Ordinatus ē ab
ecclesijs comes peregrinationis nostre.
Quia igit fuit carissimus remansit nobis
cum p desideria sua. Desideria siquidem
ardentia habuit qui dixit. Nonne cor no
strū ardens erat in nobis etc. Et si rā ardē
tia desideria habuit in hac vita misera mī
ro fortius mō habet in vita beata. vbi no
stram salutem desiderat. Unde recte mō
sibi puenit illud qd dixit apostolus Colo
sen. iij. Salutat vos lucas. i. salutez eter
nam optat etc. Deus aut desideria sancto
rum cito exaudir. ps. Desiderium paupe
rum exaudiuit. Scdo qz fuit medicus re
mansit nobiscū per verba sua p que et ani
mas languentes curat et nostrā tarditatē
pñiat. et viam celestis patrie demonstrat
De primo dicit illexo. Omnia verba sua
anime languentis sunt medicina. De no
bis sequentibus dicit in sermone qui p eccle
siam legit. Beatus lucas velut insignis
lucifer ab orientali bus relucens nobis lu
men fidei et celestis itineris callem paten
ter demonstrat Tercio qz fuit fama precla
rus remansit nobiscū per exempla sua.
Nos enim in hoc seculo habet ad Lutū
ij. Debem⁹ viuere sobrie q̄tum ad nos
et pie q̄tum ad deum. et iuste scz quantū
ad primum. Ad ista tria sanctus Lucas
nos suo exemplo informat. Ipse em̄ vi
it sobrie q̄tum ad se. qz carnis mortifica
tionem in suo corpore portauit et virginitatē
seruauit. Viri pie q̄tum ad deū. qz circa
pietatem cultus diuini et fidei excellenter
claruit. Viri iuste q̄tum ad primum. qz
suo corpi dedit reuerentiā sicut paulo cui
B. j.

semper in omnibus obediuit et super equali de-
dit concordiam. sicut cleopha socio suo cum
quo emaus concorditer iuit et concorditer re-
dijt. et suo inferiori. id est nobis dedit doctrinam
quod per euangelium fidem docuit et per actus
apostolorum mores instruxit. Quarto quia
fuit fidelis socius remansit nobiscum per au-
xilia sua. Ipse enim et alij sancti per orationes
et merita sua nos adiuvant. **ij. Macha. xv.**
Hic est amator fratrum et populi israel. hic est
qui multum orat pro populo et universa ciui-
tate. Unde legitur quod cum christiani a thurcis
essent obsessi. apparuit eis quidam vir luci-
dus et choruscans dicens se esse lucam euange-
listam precipiens christianis ut contra hostes
ad bella prederent. sed cum illi trepidarent.
ante eos se posuit et victoriam magnam fecit.

De eodem

Sermo. iij.

Secundum animal simile virulo
Apo. iij. Inter cetera sancta animalia
sanctus lucas per virulum siue bouem
est designatus. Est namque bos quatuor ad qua-
tuor commendabilis. Primo quatuor ad sacrifi-
cium. quod deo in templo in sacrificium immolabatur.
Sic beatus lucas dicitur bos ratione sacrificij.
quod circa templum spiritus immolatus fuit. et in
principio sui euangelij. et in medio et in fine.
In principio agendo de zacharia. immolatione
precursoris in templo annuntiatione et matris
purificatione. In medio agendo de christo
duodene in templo remanente et in templo
predicante. In fine suum euangelium per di-
scipulos in templo dei laudantes presum-
mante. Non enim iustus debet esse bos ratione
sacrificij quod corpus suum debet macerare ne
lasciuat in principio. in medio et in fine.
id est. in iuuentute virili etate et in senectute.
Secundo bos commendabilis est quatuor ad suum
incessum quod non saltando vadit sed mature
incedit. **Grego. super illud Ezech. j.** Plata
pedis quasi plata pedis viruli scilicet mature
incedentis fortis et diuisa. Ex quo habet
quod lucas in suo euangelio incessit mature
fortiter et diuisim. Nature quidem quod primo

introduxit precursorem regis. postea ince-
pit a preceptione regis. Et de preceptione pre-
cessit ad natiuitatem. de natiuitate ad in-
fantiam quando dixit **Luce. ij.** Postquam con-
pleri sunt dies octo ut circumcideretur puer.
De infantia ad puericiam. cum dixit eiusdem
ij. Remansit ille sus etc. **De puericia ad**
iuuentutem. **Ibidem.** Erat ille sus incipiens
quasi annorum. xxx. Deinde ad suam presu-
mationem incessit fortiter. Alij euangeliste
fortiter inceperunt sed non fortiter finierunt.
Matheus enim et iohannes nihil agunt de
ascensione. **Marcus** nihil agit de iudici-
aria prete. **Lucas autem** tam in euangelio quam
in actibus ista plenius prosequitur. Incessit
enim diuisim quod narrationem precursoris et
regis non commiscuit sed diuisim posuit.
Agens ei de annuntiatione precursoris ac-
cedit ad annuntiationem regis. Agens de na-
tiuitate precursoris accedit ad natiuitatem
regis. Agens de predicatione precursoris
accedit ad predicationem regis. **Non enim**
iustus dicitur esse bos ratione incessus. quod debet
incedere mature opera sua mature perficendo.
Quia sicut dicit Prover. xij. Substantia
festinata minuet. que autem paulatim colli-
git multiplicat. Fortiter in bonis operibus
perficerando. **Prover. xij.** Manus fortium
dominabitur. Diuisim bona a malis et magna
a minoribus sepando. **Ille. xv.** Si sepa-
ueris preciosum a vili quasi os meum eris.
Tercio bos commendabilis est quatuor ad man-
suetudinem quod iugo pressus stimulo agita-
tus clamoribus laceratus non murmurat.
non reclamat. Sic lucas et alij sancti viri
pressi iugo penitentiae. agitari stimulo persecutio-
nis tyrannice lacerati clamoribus fame non mur-
murant in ore. sed patientiam servant in corde.
Iuxta illud quod cantat ecclesia **Non murmurat**
resonat non queri. et **Quarto bos commenda-**
bilis est quatuor ad laborem et utilitatem. Est
ei animal valde laboriosum et utile. sic ipse
beatus lucas fuit laboriosus et utilis per
quatuor officia que habuit. Primo enim fuit

De Simone

pictor ymaginum. Unde dicit dama. Ac cepimus lucā euangelistā pinxisse dñm ⁊ matrē eius ⁊ eorū ymages habete roma noꝝ famosam ciuitatē **Eccī. xxxviij.** Assimilitas eius variat picturā cor suū dabit in similitudinē picture ⁊ vigilia sua pñciat opus. **Secūdo** fuit medicus corporū ⁊ aīaz **Illexo.** Actus aploꝝ nudam vident sona re historā. sed si nouerimus eorū scriptoꝝ rem esse lucā medicū aduertimus omnia verba illius aīe languentis esse medicinā **Eccī. xxxviij.** Ungentarius faciet pigmē ta suauitatis. **Tercio** beatus lucas fuit ppilatoꝝ libꝝ. Compilauit em̃ euangelium. actus apostoloꝝ. ⁊ eplā ad hēbreos put ab ore sancti pauli audiuit. **Eccī. xij.** Que sunt verba vtilia q̃rum ad euangelium qđ pposuit ⁊ scripsit sermones minutissimos q̃rum ad actus apostoloꝝ quos ppilauit. ac veritate plenos q̃rum ad epistolā ad hēbreos quā transulit. **Quarto** fuit notarius plurimorū sc̃ꝝ xp̃i. cuius genealogiā. pceptionem. natiuitatē. infantiam. predicationem ⁊ passionē ac resurrectionem. ascensionem fidei stilo p̃scripsit. Beate marie virginis. q̃z scripsit eius secreta. Fuit notarius apostoloꝝ. q̃z scripsit eorū acta. Fuit specialis notarius pauli. q̃z p̃secutus est eius gesta. Nec mirz si iste notarius tot ⁊ tanta scribere sciuit qui ad hoc quatuor magistros habuit. **Primus** fuit sp̃s sanctus **Illexo.** Sancto instigante sp̃s in achaye partibz scripsit euangeliz. **Secundus** fuit beata virgo maria que vba angeli ⁊ pastoꝝ p̃seruabat ⁊ ei manifestabat **Eccī. xv.** Obuiauit illi sc̃ꝝ Luce q̃si mater honorificata. **Tercius** fuit cernis apostoloꝝ. vnde dixit in p̃logo suo. Sicut tradiderūt nobis qui a principio viderūt ⁊ ministri fuerūt sermonis. **Quartus** fuit specialiter ap̃ls paulus. **Illexo.** in li. de vitis illustribz. Quidā suspiciant quorū esumqz paulus dixit fm̃ euangeliz meū. de luce significare volumine.

et Iuda Apo.

In die Symonis ⁊ Iude apostoloꝝ.
Sermo primus.

Simon frater
velter scio qđ vir p̃siliū est ipsūz
audite. ⁊ ipse erit vobis pater
⁊ iudas machabeus fortis viribz a iuuen
tute sua sit vobis princeps milicie. ⁊ ipse
ager bellū populi ⁊c. j. **Machabeo. ij.** De
istis beatis apostolis symone ⁊ iuda qua
tuor p̃siderant que in p̃missis verbis no
tant. **Primo** quales fuerūt q̃rum ad se.
q̃z fuerunt magne sc̃tatis. qđ habet ex in
terpretatōe. Iudas em̃ interpretat glori
ficans. symon obediens. Ipsi enim vni
glorificauerūt per p̃uersationis honestatē
Mat. v. Luceat lux vestra corā hominibz
vt videant ⁊c. Unde legit in hystoria qđ
cū iudas ad abagaz regem venisset vidit
rex in vultu eius quendā mirz ⁊ diuinum
splendore. **Illexo** splendor significabat
eius opa luiofa. **Habuerunt** etiā p̃fectaz
obediētiā. Et q̃z deo obediēbant. id oēs
creature eis obediētes erāt. **Habuerunt**
em̃ posse sup̃ elementa. sicut sup̃ aquā. ae
rem ⁊ ignē. **Nam** mare. lxx. mortuos red
didit quos symon resuscitauit. **Alex** cum
esset serenus in eorū morte in tēpestate ma
gna p̃uersus est. **Ignis** celestis pontifices
ydoloꝝ p̃bussit. **Dūerunt** posse sup̃ demo
nia. q̃z de corporibz hoīm ea eiecerūt. Su
per corpora. q̃z ea curabant. **Super** aīas q̃z
eas a p̃ccis ⁊ ab errore purgabant. **Secūdo**
p̃siderandū est quales fuerūt ad bonos ⁊
fideles. **Fuerunt** nanqz magne caritatis
⁊ ideo dī. frater vester. **Magne** sapie. idō
subdit. vir p̃siliū est. **Magne** pietatis. et
ideo dī. ⁊ ipse erit vobis pater. **Eorū** autē
caritas sapia ⁊ pietas manifestat q̃rum
ad quatuor. **Aliqñ** enim subueniebant in
in corpꝝ in aīa sanitatem integrā p̃feren
do. sicut p̃z in abagaro rege cui iudas sani
tatē corp̃is ⁊ aīe impetravit. **Aliqñ** i rebz
⁊ p̃sonis bella p̃pescendo. sicut p̃z in duce
D. ij.